



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 79. Francisci Cennini Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

## §. LXXIX.

Sæc. XVII.  
A. C. 1645.*Francisci Cennini Cardinalis extrema.*

Hunc paulopost sequebatur Franciscus Cenninus de Salamandris patria Etruscus, qui juvenis adhuc Pro-Episcopi Clusini officio functus, Romæ Caussidicum aliquamdiu egit, postea domesticis Burghesii Cardinalis negotiis, ac variis Congregationibus præfectus, a Paulo V. primo Amerinorum Episcopus, postea Hierosolymitanus Patriarcha, & Apostolicus in Hispaniis Nuntius nominabatur; cumque Vir esset rectæ mentis, severus, & apprime Ecclesiasticus, ab Urbano VIII. Ferrariensem Legationem, & Faventinam Ecclesiam, cui per viginti annos optimus Pastor præfuit, ac tandem Sabiensem & Portuensem Episcopatum obtinuit; mortuo hoc Pontifice, licet senio oppressus, ad Conclave tamen perexit, in quo semel viginti duorum Cardinalium suffragiis expetitus est ad Pontificatum; haud diu tamen vita superstes fuit, mortuus Romæ die secunda Octobris annos natus septuaginta novem.

*Ciacon. in  
vita Pauli V.*